Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26511
Copyright: Admont, Benediktinerstift



semetipsos adiuuare. Prefectus
autem ab eis hec audiens. mox in
gressus nuntiauit imperari di
cens. Piissime domine ecce quos
iussisti in carcerem mitti nepo
tianum ursum & eupolionem. intus
existentes impie circa impe
rium tue amplitudinis atque
potentie tractauerunt.
Imperator autem hec audiens ab eo
iussit per noctem gladio eorum capi
ta truncari. Prefectus uero hec
audiens ab imperatore. egressus
a palatio. mox precepit carce
rario dicens. Hii tres uiri quos
habes in custodia carceris
preparati sint per noctem ad
mortis interitum. Carcerarius
hec audiens ueniens iuxta
eos & lacrimans amare ait.